

ralem ubique servandam, nisi super specialiter alicujus carui fuerit consultum: Sic Ursaya tom. 3. part. 2. discept. 16. num. 206. & lib. 1. tit. 10. §. 4. instit. crimin. num. 149. & seq. cum multis aliis ibi citatis. Vide verb. Declarationes, & Decreta.

9 An autem tales affiliationes fieri debeant votantibus etiam illis Religiosis, veris quidem filiis illius conventus, in quo fiunt, sed in aliis conventibus religionis à Superioribus legitime collocatis, vel à solis Religiosis commorantibus de familia in conventu, in quo fiunt, sive sint illius filii, sive non, variant DD. & variè sæpius respondit Sacra Cong. Episc. & Regul. juxta diversas circumstantias personarum, locorum, temporum, & hujusmodi. In Eugubina enim 29. Martii, & 27. Aprilis 1703. ponente Eminentiss. Tanara nedom admissa fuit pro valida aggregatio Patris Pagnini Lucensis ad monasterium S. Petri Eugubii Congregationis Olivetanæ, sed ulterius in concursu verorum filiorum ejusdem monasterii prælationem obtinuit ad Abbatiam tunc vacantem, non obstante quod aggregatio facta fuisset cum solo consensu, & presentia duorum ex 14. Religiosis veris filiis ejusdem monasterii, quorum 12. tempore aggregationis moram faciebant in aliis monasteriis Religionis, Et in Neapolitana Affiliatione 11. Aprilis 1704. ad relationem Eminentissimi Gabrielli, in cuius terminis major pars Religiosorum conventus S. Antonii extra Portam Medinam Neapolis Ordinis Minorum Conventualium S. P. N. Francisci, cui facta fuit affiliatio P. Magistrum Bonaventuræ de Nicolao, moram faciebat in diversis conventibus Religionis.

12 In una autem Dominicanorum die 26. Novemb. 1706. eadem Sac. Cong. Episcoporum & Regular. ad validitatem affiliationis per viam legis demandavit ut infra. "In causa Provincie Lombardie pro Dominicanis; filiationes, & transfigurationes respectu utriusque conventus à quo, & ad quem faciendas esse à capitulis conventuali- bus, per secreta suffragia cum interventu duarum ex tribus partibus omnium filiorum, computatis tam presentibus, quam absentibus, absentes vero, quatenus numerus præsentium non ascendat ad duas integras partes respectu omnium, esse omnino expectandos usque ad complementum dictarum duarum partium ex tribus sub pœnam nullitatis quarumcumque affiliationum, & transfigurationum hujusmodi." Pro cuius rescripti executione respondit die 13. Martii 1710. pro eisdem Dominicanis ibi: Dominicani de Lombard. transfigurationem non sustineri, & procedendum esse ad novam propositionem Fr. Campolini, servata forma postremi decreti generalis.

13 Sacra Cong. Episcoporum & Regular. in causis affiliationum solet præ oculis habere bonas qualitates Religiosorum affiliati, quo casu etiam aliqua concurrat nullitas, vel solemnitatis defectus, solet illas sanare, vel per se ipsam quando illius facultates ad id se extendunt, vel rescribere ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro sanatione, quando agitur de defectu, qui Summi Pontificis auctoritate sanari, & suppleri debet, ut præcavit ead. Sac. Cong. in Quiten. 24. April. 1693. ponente Eminentiss. Nigro- no mediante Rescripto: Cum Sanctissimo pro sanatione Capituli cum omnibus inde secuis, confirmato die 21. Augusti ejusdem anni ad relationem Eminentissimi Maricorri. Nec solet D. Sac. Cong. attendere præteritas, & objectas violentias, & metum, quibus ab adversariis interdum assertur procurata affiliatio, ut præcavit in D. Neapolitana Affiliatione 11. Aprilis 1704. in qua eadem Sac. Cong. nedom attendere noluit affectatas ar- testationes, & dispositiones aliquorum religiosorum, sed nec etiam relationem patris procuratoris generalis circa præteritas violentias, & metum quibus afferebatur procurata affiliatio.

15 Quoad Fratres Minores de observantia, & Reformatos, qui non habent filiationes conventuales, pro incorporatione eorumdem in aliena provincia diversa ab illa, in qua professionem emiserunt, habetur in suis generali- bus constitutionibus statutum ut sequitur. "Nemini liceat in aliena incorporari provincia, nisi natus fuerit ejusdem; & tunc de utriusque provincie capitulari consensu, & postquam incorporandus in illa provincia biennio saltem commoratus fuerit, incorporetur, nisi su-

periori generali aliter visum fuerit, declarantes, quod hoc modo incorporatus locorum, & præcedentiam non à die habitus, sed à die incorporationis obtineat.

"Ordinatur quod nullus inferior generalibus valeat incorporare quempiam fratrum in aliena provincia, nisi conformiter ad ea, quæ in statutis generalibus sunt ordinata; sed neque ad hunc effectum incorporandi sufficiat auctoritas, quæ Visitoribus datur, quamvis in forma data sit amplissima, & cum potestatis plenitudine.

"Tollitur auctoritas Ministri Poloniæ incorporandi fratres unius illarum provinciarum in aliam sub pœna privationis mandantibus, & recipientibus. Sic ad litem in compilatione statutorum Sambucæ cap. 2. §. 8. num. 31. 32. & 33."

Pro provincia Albanie in congregatione generali celebrata Romæ die 20. Martii 1679. statutum fuit, ut infra. "Si quis frater ejusdem provincie in alia incorporatur perpetuo privatus sit acibus legitimis, nec possit institui Lector, aut Predicator; de his vero, qui in alienis provinciis jam incorporati sunt, Reverendis. P. Commissariis Generalis informationem capiat de modo, quo fuerunt incorporati, & si ipsos non legitime incorpora- tos inveniat, statim excoꝛgatos declareat, & ad propriam provinciam remittat. Rogat autem Diffinitorium Generale Reverendissimos Patres Ministrum, & Commissarium Generalem, ne imposterum aliquem præfate provincie religiosum auctoritate propria in alia incorporent, aut quomodocumque incorporari permittant, cum adeo in propria pro ejusdem conservatione, & animarum salute necessariis sunt."

In capitulo 73. generali celebrato Romæ 1. Junii 1664. habetur provisum, ut infra quoad revertentes ad propriam provinciam postquam fuerint incorporati in alia; ibi num. 14. "Statuitur, quod de novo revertentes ad propriam provinciam in aliena incorporationi non gaudeant præcedentia, nisi à die novæ receptionis, & incorporationis, subeantque taxam per constitutionem generalem segoviensem, videlicet.

"Quicumque in alia provincia incorporatus ad suam reverti impetraverit, in sua mobilitate pœnam non recipiat nisi per bimestre Caparoneum portaverit; si autem de mandato Prælatorum pro utilitate sue provincie, ad instantiam maxime Patrum ejusdem provincie revertenti, nulla afficiatur pœna." Cronolog. Ordin. tit. de incorpor. pag. 622. col. 2. Theatrum Regul. verb. Incorporatio.

Pro aliis autem religionibus seu congregationibus non habentibus filiationes conventuales, attendende sunt quoad hoc proprie jusque constitutiones.

§ Generalis, aut Provincialis an possint aliquem affiliare alicui conventui sine hujus consensu, & exsilare ab alio conventu, confer Hurtad. resol. morh. de resid. Sac. lib. 4. resol. 6. subres. 2. Bordon. resol. 79. num. 16. Quando conventus ex filiatione acquisivit solam spem ad bona professi, professus eam secum transfert in secundum conventum, cujus de novo efficitur filius, Bordon. ubi supra num. 21. Glossa cap. unic. caus. 18. q. 1. Si in religione probatus adsit usus, ut professor de licentia Superiorum habeat aliquos redditus, pensiones, libellos, eos secum transferet quoad usum usque ad suam mortem, Hurtad. loc. laud. resol. 6. subres. 4. num. 1. & 2. Generalem, conventu resistente, non posse bona acquisita professi transferre in secundum conventum, tradit Bordonus loc. cit. num. 26.

Non idem procedit de transitu ab una religione ad aliam, ac de uno conventu in alium, in quo de novo ad- filiat; nam in primo casu, ut quis secum transferat ea, quæ habet ad religionem, ad quam transit, non sufficit consensus religionis à qua, sed requiritur beneplacitum apostolicum; in transitu vero de uno conventu in alium, sufficit consensus Capituli conventus à quo, una cum licentia aut Generalis, aut Provincialis, Hurtad. de con- gr. Eccles. resol. 2. §

AFFINITAS.

ARTICULUS I.

SUMMARIUM.

- 1 Affinitas quid sit.
- 2 Ut contrahatur affinitas debet copula esse perfecta ad generationem prolis sufficiens per seminum commixtionem, taliter quod licet virginitatis claustrum frangatur, seu penetretur, si tamen extra vas muliebri effunditur, non contrahitur affinitas.
- 3 Immo ita dependet affinitas ex seminum commixtione, ut ipsa nec contrahatur ex matrimonio rato nondum consummato, licet ex eodem oriatur impedimentum publicæ honestatis.
- 4 Affinitas contrahitur ex copula perfecta habita cum femina prorsus invita, & renitente, & etiam dormiente, aut ebria, & contra cum simili viro dormiente, ebrio &c. ad num. 5.
- 5 Affinitas jure antiquo dirimebat matrimonium usque ad septimum gradum.
- 6 At novo, & hodierno jure ex copula licita dirimit matrimonium solum usque ad 4. gradum.
- 7 Et affinitas orta ex copula illicita dirimit solum usque ad secundum, ad num. 9.
- 8 Affinitas non parit affinitatem.
- 9 Hinc unus potest successivè ducere duas feminas, quo nuperunt duobus fratribus; Duo fratres possunt ducere duas sorores, & unus eorum potest ducere matrem, & alter filiam, Pater, & filius ducere matrem, & filiam; & sic de filiis similibus affinitas.
- 10 Licet antiquo jure tria fuerint genera affinitatis, cujus secundum, & tertium genus complectebatur supradictis, & similes casus.
- 11 Novo tamen, & hodierno jure est unicum tantum genus affinitatis, scilicet inter virum cognoscentem, & consanguineos feminæ cognite, & contra inter feminam cognitam, & consanguineos viri cognoscentis.
- 12 Ad dignoscendos gradus affinitatis sufficit cognitio arboris consanguinitatis, cum juxta gradus consanguinitatis computentur etiam gradus affinitatis.
- 13 Assignantur nomina propria consanguinitatis.
- 14 Item assignantur nomina propria affinitatis.
- 15 Ineruntur ex aliena manu add., ad num. 20.

AFFINITAS est propinquitus quarumdam personarum orta ex copula carnali licita, vel illicita unius cum consanguineo, vel consanguinea alterius. Est comm. inter DD. & colligitur ex l. non facile §. sed quoniam, ff. de grad. affinitatis & Gloss. in decretal. arboris affinitatis caus. 35. q. 5. §. Est autem, ubi dicit quod, affinitas est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela. Ut contrahatur affinitas, debet copula esse perfecta ad generationem prolis sufficiens per seminum commixtionem, taliter quod licet virginitatis claustrum frangatur, seu penetretur, si tamen extra vas muliebri effunditur, non contrahitur affinitas, cap. Lex divina 18. caus. 27. quest. 2. ubi Benedictus primus sic ait: Sed neque oculum parit propinquitatem, quod nullam facit seminis commixtionem, & sic deducitur ex cap. Extraordinaria pollutio 11. caus. 35. quest. 10. & c. Porro 3. caus. 3. q. 5. & in præcis terminis sic habet S. Thomas in 4. distinct. 41. quest. unic. art. 1. question. 4. ad 2. Quantumcumque aliquis claustra pudoris invadat, vel frangat, nisi commisit seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas. Immo ita dependet affinitas ex seminum commixtione, ut ipsa nec contrahatur ex matrimonio rato nondum consummato, licet ex eodem oriatur impedimentum publicæ honestatis, sic gloss. in cap. Si quis desponsaverit 37. q. 2. in fin. cum communi. Et ratio est, quia conjuges per matrimonium ratum, & non consummatum, non fiunt duo in carne una, cum ta-

les solummodo fiant per carnalem commixtionem, & perfectam consummationem, ut expressè habet S. Thomas in 4. dist. 42. q. unica art. 1. questione. 4. ad 2. his verbis: Vir, & mulier efficiuntur in carnali copula una caro per commixtionem seminum.

Affinitas contrahitur ex copula perfecta habita cum femina prorsus invita, & renitente, & contra cum simili viro dormiente, ebrio &c. cap. Discretionem de eo, qui cognovit consanguineam; & ratio est quia ille coitus altero etiam invito, vel dormiente, aut ebrio aptus est secundum se ad generationem, ut in dies experientia demonstrat, & clarè constat ex factio filiarum Lot Genes. cap. 19. num. 33. & seqq. ubi Scriptura testatur duas filias Lot concepisse de patre suo ebrio, licet ille non senserit, non quando filie accubuerunt, nec quando surrexerunt. Tum quia ad contrahendam affinitatem non requiritur voluntas personarum se invicem carnaliter cognoscentium, sed sufficit ipsa carnalis cognitio etiam personæ invitæ, & quantum ex se nolentis, tetu expressio in cit. cap. Discretionem, ergo sicuti ex tali carnali cognitione, & seminum commixtione oritur unitas inter personas se cognoscentes, & carnaliter commiscetas juxta illud Genes. 2. ad 2. Erunt duo in carne una, & 1. ad Corinth. 6. qui adheret meretrici, unum corpus efficitur, ita ex ipsa inter consanguineos feminæ carnaliter cognita, virum carnaliter cognoscentem, & inter consanguineos viri carnaliter cognoscentis, & feminam carnaliter cognitam oritur affinitas, seu impedimentum affinitatis.

Affinitas jure antiquo dirimebat matrimonium usque ad septimum gradum: cap. Nullum, & cap. Equaliter, caus. 35. quest. 3. At novo, & hodierno jure affinitas ex copula licita, id est, conjugali, dirimit matrimonium tantum usque ad quartum gradum, ut expressè habetur cap. Non debet 8. de consanguinitate, & affinitate præcis his verbis: Prohibitio copule conjugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cetero non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari. Et affinitas orta ex copula illicita, id est, ex fornicaria, vel adulterina, dirimit matrimonium solum usque ad secundum gradum, ut expressè statuit Concil. Trident. sess. 24. de Refor. matrimon. cap. 4. his verbis: Præterea Sancta Synodus gravissimis de causis adductis, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, restrinxit: in ulterioribus vero gradibus statuit hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere. Et latius declaravit S. Pius V. in constit. incip. Ad Romanum edita 18. Novemb. 1566. his præcis verbis: Nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitatem, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, declaramus, & auctoritate apostolica decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quominus in ulterioribus gradibus hujusmodi liberè, & licitè matrimonium contrahi possit.

Affinitas non parit affinitatem; est definitum in Concil. Generali Lateranensi IV. sub Innocentio III. & habetur cap. Non debet, de consanguinitate, & affinitate; carnaliter enim se cognoscentes contrahunt quidem affinitatem cum alteris respectivè consanguineis; non autem cum affinitas. Hinc est quod unus potest successivè ducere duas feminas, quæ nuperunt duobus fratribus, duo fratres possunt ducere sorores, & unus eorum potest ducere matrem, & alter filiam, pater, & filios possunt ducere matrem, & filiam, & sic de aliis similibus affinitas, quia ex carnali commixtione fit quidem vir affinis cum consanguineis feminæ, & contra; non tamen consanguinei ipsius viri affines cum consanguineis feminæ, & contra, ut expressè definit Innoc. III. in cap. Quod supet, de consanguinitate & affinitate. Super eo igitur quod pater, & filius cum matre, & filia, avunculus, & nepos cum duobus sororibus contrahunt matrimonium, taliter tibi diximus respondendum, quod licet omnes consanguinei viri sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris, sint viri affines; inter consanguineos tamen uxoris, & viri, ex eorumdem scilicet viri, & uxoris conjugio nul-

12 *illa prorsus est affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debet impediri.* Licet enim antiquo Jure tria fuerint genera affinitatis, cuius secundum, & tertium genus complectebatur supradictis, & consimiles casus, ut potest videri in cap. De propinquis caus. 53. quasi. 10. & cap. Fraternalitatis, & cap. Porro ead. caus. 35. quasi. 10. Novo tamen, & hodierno Jure est unicum tantum genus affinitatis, scilicet inter virum cognoscentem, & consanguineos femine cognita, & e contra inter feminam cognitam, & consanguineos viri cognoscentis; & hoc genus erat primum inter tria dicta genera, quorum secundum, & tertium est modò penitus sublatum ab Innocentio III. cap. Non debet 8. de consanguinit. & affinitat. in Concil. Generali Lateranen. IV. præcis his verbis: *Cum ergo prohibitiones de conjugio in secundo, & tertio affinitatis genere minime contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis cognationi viri non copulanda prius, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando pericula pariant animarum, cum, cessante prohibitione, cesset effectus, constitutiones super hoc editas Sacri approbatione Concilii revocantes, præterite constitutione decernimus, ut sic contrahentes libere copulentur.*

14 Ad dignoscendos gradus affinitatis sufficit cognitio arboris consanguinitatis, cum juxta gradus consanguinitatis computentur etiam gradus affinitatis, id est, quot gradibus consanguinitatis aliqua personæ conjunctæ sunt viro cognoscenti, totidem etiam gradibus affinitatis conjunguntur mulieri cognita, & e contra quot gradibus consanguinitatis aliqua personæ conjunctæ sunt mulieri cognita, totidem etiam gradibus affinitatis conjunguntur viro cognoscenti; sic quia soror v. g. mulieris cognita est ipsi mulieri consanguinea in primo gradu, erit etiam in primo gradu affinis viro cognoscenti, & sic contra, quia frater v. g. mariti, seu viri cognoscentis est ipsi viro cognoscenti consanguineus in primo gradu, erit etiam in primo gradu affinis uxori, seu mulieri cognita, & sic dicendum est proportionaliter, & gradatim de reliquis aliis, cap. Porro 3. caus. 35. quasi. 5.

15 Unde ad uberiorem notitiam juvat hic adducere nomina propria tam consanguinitatis, quam affinitatis, prout adducuntur à Lohner. p. 4. in instruct. pastor. pag. 198. & La Croix lib. 6. part. 3. num. 602. & 699. Nomina igitur consanguinitatis sunt hæc *Pater, Mater: Filius, Filia: Frater, Frater ex Patre*, id est, frater ex solo patre, seu frater consanguineus, *Frater uterinus*, id est, frater ex sola matre; *Frater germanus*, id est, frater ex patre, & matre. *Soror*, & hæc sive ex solo patre, & ex sola matre, sive ex patre, & matre, uti dictum est de fratre; *Avus*, id est, magnus pater; *Avus paternus*, id est, pater patris; *Avus maternus*, id est, pater matris; *Avia*, id est magna mater; *Proavus*, id est pater avi; *Proavia*, id est mater avie; *Abavus*, id est pater proavi; *Abavia*, id est mater proavie; *Abavus*, id est pater abavi; *Abavia*, id est mater abavie; *Tritavus*, id est pater atavi; *Tritavia*, id est mater atavie; *Nepos*, id est filius mei filii, seu meæ filia, *Nepos ex filio*, id est filius mei filii. *Nepos ex filia*, id est filius meæ filia; *Nepitis ex filio*, id est filia mei filii. *Nepitis ex filia*, id est filia meæ filia; *Pronepos*, id est filius mei nepotis; *Proneptis*, id est filia meæ nepitis; *Abnepos*, id est filius mei pronepotis; *Abnepitis*, id est filia meæ pronepotis. *Atnepos*, id est filius mei atnepotis; *Atnepitis*, id est filia meæ atnepotis. *Patruus Magnus*, id est frater avi; *Propatruus*, id est frater proavi; *Avunculus*, id est frater matris. *Avunculus magnus*, id est frater avi materni; *Proavunculus*, id est frater proavi materni; *Amita*, id est soror patris; *Amita magna*, id est soror avi seu avie paternæ; *Proamita*, id est soror abavi, seu abavie paternæ; *Abamita*, id est soror abavi, seu abavie maternæ; *Matertera magna*, id est soror avi, seu avie maternæ; *Promatertera*, id est soror proavi, seu proavie maternæ; *Nepos ex fratre*, id est filius fratris; *Nepos ex sorore*, id est filius sororis; *Nepitis ex fratre*, id est filia fratris; *Nepitis ex sorore*, id est filia sororis. *Patruelis*, id est filii, aut filia duorum fratrum, *Consobrini, & consobrina*, id est filii, & filia duorum sororum: *Amitiini, & Amitiine*, id est filii,

& filiae amite, seu filii, & filia fratris, & sororis, *Sobrini, & Sobrina*, id est Nepotes, & Neptes duorum sororum.

Nomina autem affinitatis sunt hæc: *Socer*, id est pater uxoris, vel mariti; *Socrus*, id est mater mariti, vel uxoris; *Consocer*, id est frater uxoris, vel mariti; *Consocrus*, id est soror matris mariti, vel uxoris; *Prosocer*, *Socer magnus*, id est pater soceri, seu avus mariti, vel uxoris; *Prosocrus*, seu *Socrus magna*, id est mater socrus, seu avia uxoris, vel mariti; *Gener*, id est maritus meæ filia; *Congener*, id est maritus alterius meæ filia; *Progener*, id est gener mei filii, & filia; *Nurus*, id est uxor mei filii. *Connurus*, id est uxor alterius mei filii; *Pronurus*, id est nurus mei filii, aut filia; *Levir*, id est frater mariti, aut uxoris; *Glor*, id est soror mariti, aut uxoris; *Fratria*, id est uxor fratris; *Sororius*, id est maritus sororis; *Famitricer*, id est uxores duorum fratrum; sic dictæ, quasi eandem janam terentes, vel per eandem janam intrantes; *Sororum mariti*, id est mariti duorum sororum; *Vitricus*, id est alius maritus meæ matris; *Noverca*, id est alia uxor mei patris; *Privignus*, id est filius mei mariti ex alia priori uxore, vel filius meæ uxoris ex alio priori marito; *Privigna*, id est filia meæ uxoris ex alio priori marito. Vide cap. Quod autem & cap. Primo gradu 6. caus. 35. q. 5. ubi multa ad rem.

17 Affinitas oriens ex copula illicita quoad impedimentum matrimonii, non item quoad alia jura affinitatis inter se tributa attenditur, cap. 6. & 10. de eo qui cognovit Consang. usor sue. Lauterbach. de Jur. Affinit. cap. 3. §. 2. Farinac. de Testib. q. 54. num. 74. Quo fit ut in Statutis nomine Affinium regulariter haud veniant hi, inter quos ex illicita copula orta est affinitas, quum minimè conveniat, ut Stuprator consanguineos stupratæ affines nomet, & viceversa, Lauterbach. l. c. n. 74.

18 Ipsa affinitas proveniens ex copula licita, videlicet matrimonii, eo soluto, durare intelligitur pro impediendo dumtaxat novo matrimonio, non item pro aliis effectibus, Fontanell. decis. Cathalon. 13. n. 4. Rot. cor. Tarnar. decis. 272. n. 4. Sed questio est, utrum id sibi locum vindicet, ubi nullæ supersunt matrimonii reliquiae, puta liberi, an itidem illi superstitibus. Consult. Alexandr. consil. 207. lib. 6. Tiracquell. in tract. cessant. caus. in princip. num. 27. & 29. Sess. decis. Aragon. 414. n. 2. Fontanell. d. decis. 13. n. 5.

19 Quum quis cavisset quod in dotalibus subsidiis semper præferentur, *Li sui parenti Consanguinei*: sub appellatione *de Parenti* juxta communem loquendi usum venire etiam affines, & quidem ultra decimum gradum, quidquid sit in sensu juris, decidit Rota in Romana, seu Albanen. subsidiorum dotalium 10. Decembris 1756. coram R. P. D. Frangipani. At omitendum haud est, quod decisio hæc est sub revisione. ¶

(Circa prænotatum super gradus, quos parit affinitas, & an ea affinitatem pariat vid. l. 4. tit. 1. 17. tit. 2. 5. tit. 6. p. 4.)

ARTICULUS II

Quod ea, quæ concernunt dispensationem Affinitatis, in impedimentis ortis ex ea.

SUMMARIUM.

- 1 Affinitas orta ex copula illicita in nullo gradu cuiuscumque lineæ irritat matrimonium de jure naturæ, adeoque in omni gradu etiam lineæ rectæ est dispensabilis à Summo Pontifice.
- 2 In affinitate orta ex copula illicita pluries Sancta Sedes dispensavit.
- 3 Afferitur, & solvitur objectio, ad num. 4.
- 4 Affinitas orta ex copula licita in nullo gradu lineæ transversalis dirimit matrimonium jure naturæ, sed solum jure ecclesiastico, adeoque in omni gradu est dispensabilis à Summo Pontifice.
- 5 In affinitate orta ex copula licita plurimi Summi Pontifices dispensarunt in primo gradu lineæ transversalis.
- 6 Sic in lege veteri Jacob Sanctissimus duxit Liam, & Rachelem Sorores; & Judas dedit eidem mulieri duos fratres in maritos.
- 7 Affinitas orta ex copula licita probabilis non dirimit

mit matrimonium de jure naturæ neque in primo gradu lineæ rectæ ascendentiæ, & descendentiæ, adeoque etiam ista est dispensabilis à Summo Pontifice cum gravissimis, & justis causis inter vitricum, & Privignam, Novercam; & Privignum, Socerum, & Nurum, Socrum, & Generum, ad num. 11.

- 12 Afferitur, & solvitur objectio, ad num. 14.
- 15 Afferitur, & solvitur alia objectio, ad num. 17.
- 18 Alia ad rem resolvitur.
- 19 Addit. ex aliena manu, ad num. 24.

1 Affinitas orta ex copula illicita in nullo gradu cuiuscumque lineæ irritat matrimonium de jure naturæ, adeoque in omni gradu etiam lineæ rectæ est dispensabilis à Summo Pontifice. Sic Sanchez lib. 7. de impedimentis disp. 65. num. 9. Layman lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 6. num. 6. & 8. & Navarrus, & alii magis communiter cum Castropalao d. 4. puncti. 8. num. 10. ubi dicit certum esse, quod affinitas orta ex copula illicita sit juxta positivi tantum, quia in illa dispensat Sacra Penitentia, quod aliàs non posset, si esset de jure naturali; immò cum hic agatur de valore Sacramenti, non esset licitum agere secundum hanc sententiam, si opposita censeretur vere probabilis. Et quod Sancta Sedes pluries dispensaverit in affinitate orta ex copula illicita, testantur passim Canonistæ, & DD. & signatur 8. Aug. 1607. & 20. Julii 1628. & ratio est quia talis affinitas est solius juris canonici, & ecclesiastici, in quo nemine contradicente potest dispensare, & in dies de facto dispensat Sancta Sedes: non enim potest dici, quod sit juris naturalis, quia filius non inclinatur ad exhibendam reverentiam mulieri, quam pater cognovit extra matrimonium, neque nascuntur ex fornicationibus amicitia, sed odia. Nec eam, caus. 35. q. 3. incestuosus sit, & abominabilis Deo, & cunctis hominibus coitus, quo quis ducit in uxorem eam, quæ fuit uxor proprii consanguinei, vel ab eo illicitè est cognita, adeoque esse contra jus naturæ, aliàs non esset coitus ille incestuosus, & abominabilis cunctis hominibus. Non valet, inquam, quia textus ille D. Gregorii est intelligendus stante definitione ecclesie prohibentis hujusmodi matrimonia, non autem quod sint prohibita jure naturæ; ipse enim non dicit, quod sit abominabilis talis coitus omnibus hominibus etiam extra Ecclesiam Christianam, cum prohibio Ecclesie non possit extendi ad eos, qui sunt extra Ecclesiam, sed loquitur aperte de omnibus suis hominibus Christianis, cum dicat, Christiano non posse tale matrimonium inire, quia apud nos homines esset infestus, ut egregie exponit Sanchez lib. 7. disp. 65. n. 14. in fine.

2 Affinitas orta ex copula licita, seu conjugali in nullo gradu lineæ transversalis dirimit matrimonium jure naturæ, sed solum jure ecclesiastico, adeoque in omni gradu est dispensabilis à Summo Pontifice; sic tenent S. Thom. Scotus, & alii communiter, & colligitur ex cap. final. de divortii lib. 4. tit. 9. ubi Innocent. III. concepit conversis ad fidem, ut desponsatas viduas relictas à suis fratribus possent sibi tamquam legitimas uxores retinere. Propter infirmitatem gentis ejusdem, inquit Pontifex, concedimus, ut matrimonii contractus cum relictis fratribus utantur. Et sic cum affinis in primo gradu lineæ transversalis dispensatur pluries Summi Pontifices, ut Alexander IV. cum Emanuele Lusitanæ Rege, ut successivè duceret in matrimonium duas sorores: Julius II. cum Henrico VIII. Angliæ Rege, ut nuberet Catharinæ Aragoniæ viduæ Fratris sui Arturi, quæ dispensatio consultis prius celeberrimis Europæ Universitatibus fuit confirmata etiam à Clemente VII. Clemens VIII. cum Rege Poloniæ, ut nuberet sorori suæ defunctæ uxoris. Et alia plurimæ habentur consimiles Pontificiæ dispensationes, ut de Ludovica Maria Gonzaga Clivensi, quæ nupsit successivè duobus fratribus Ladislao Sigismundo, & Joanni Casimiro, Poloniæ Regibus; de Dorothea Sofia de Neoburgo, quæ nupsit successivè duobus fratribus Odoardo, & Francisco Parma Ducibus de Comite Starembergensi, & aliis, quos nimis operibus esset omnes adducere: Sic in lege veteri Jacob Sanctissimus duxit

Liam, & Rachelem sorores Gener. 29. & Judas Gener. 38. dedit eidem mulieri duos fratres in maritos. Et Deuteronom. 27. jubet Lex Mosaica, ut frater duceret uxorem fratris sine liberis defuncti, ex quibus aperte deducitur, affinitatem non esse impedimentum irritans de jure naturæ in primo gradu lineæ transversalis, aliàs supradicta omnia fieri non potuissent.

3 Affinitas orta ex copula licita, seu conjugali probabilis non dirimit matrimonium de jure naturæ, neque in primo gradu lineæ rectæ ascendentiæ & descendentiæ, adeoque etiam ista est dispensabilis à Summo Pontifice cum gravissimis, & justis causis inter vitricum, & privignam: novercam, & privignum: socerum, & nurum; socrum, & generum. Sic Divus Thomas 2. 2. q. 154. art. 9. in solutione ad 3. ubi inter solos parentes, & filios clare dicere videtur prohiberi jure naturæ matrimonium. Scotus in 4. dist. 4. §. 5. ad quest. Alensis, Cajetanus, Abulensis, Hurtadus, Carpensis, Sanchez, Henricus, Tancred. Ponticius, Meratius, Bonacina, Diana, Gutierrez, Villalobos, Aversa, Brancatius, Vera Cruz, Sa, Rebelius, Albertus Pichius, Joannes Præpositus, Armilla, Petrus Ledesma, Vega, Navarr. Castropalao, Dicastill. Pignatell. Krimet, Kugler, Matrius, Rosignolus, & alii recentiores passim. Et probatur, quia si talis affinitas dirimeret matrimonium de jure naturæ, tale matrimonium fuisset semper interdictum apud omnes gentes, cum Jus naturæ omnes æque afficiat; sed hoc non, quia certum est fuisse consuetudinem apud Persas, ut filius mortuo patre uxorem ipsius, id est, suam Novercam duceret; & relatione Valerii Maximi lib. 5. cap. 7. & Plutarchi in vita Demetrii habemus exemplum apud Græcos Novercæ concessæ privigno, Seleucus enim Rex tradidit filio suo Antiocho Stratoniam propriam uxorem, & tale factum laudat ipse Valerius Maximus: Et 3. Regum cap. 2. Adonias Filius David petit in uxorem Abisac Sunamitidem, quæ erat uxor patris sui David, ut constat ex 2. Regum cap. ultim. ergo affinitas orta ex copula licita non dirimit matrimonium jure naturæ neque in primo gradu lineæ rectæ. Tum quia 11 est sic forte vinculum affinitatis, sicut vinculum consanguinitatis, ut etiam ipsum dirimat matrimonium de jure naturæ in primo gradu lineæ rectæ, quia inter ipsos affines nulla reperitur superioritas, contra cujus reverentiam sit usus matrimonii, sicuti reperitur inter consanguineos in primo gradu lineæ rectæ, nam relatio naturalis superioritatis, ex qua oritur naturalis reverentia debita Superiori, fundatur solum inter eas personas, quæ dant, & accipiunt esse naturale per naturalem generationem, quales sunt parentes, & filii, non autem affines in primo gradu lineæ rectæ, ut de se patet, adeoque, & c.

4 Nec valet objicere illud Apostoli 1. ad Corinth. c. 5. omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat; & illud Gen. 49. ubi Jacob maledixit Ruben primogenito suo, eo quod dormierat cum Bala noverca sua, & illud Amos 2. ubi refertur tamquam magnus scelus, quod pater, & filius eandem feminam cognoverint. Non valet, inquam, nam, ut explicat Sanctus Anselmus, Cajetanus, Sedulius, & alii passim DD. Apostolus tam acriter reprehendit illam fornicationem, quia adhuc vivebat pater, cujus uxorem filius invaserat ipso invito, & renitente, ut etiam colligitur ex 2. ad Corinth. 7. vers. 12. ubi pater dicitur injuriam passus, ut recte advertit Tirinus in prima ad Corinth. cap. 5. Et eadem de causa maledictus fuit Ruben, quia patris adhuc viventis thorum violaverat cum magna irreverentiâ, & impietate, & sic etiam Amos 2. illa femina erat alterius uxore, quia ratione hæc orant atrocissima adulteria, adeoque acerrima inereptione digna.

5 Nec valet etiam objicere quod ex cap. 1. de consanguinit. & cap. Equaliter, & cap. De propinquis caus. 35. 4. 3. eodem modo abstinendum sit à conjugio cum affinis, ac cum consanguineis, quod videtur etiam equaliter veteri, Levit. 18. turpitudinem matris tuæ, & uxoris patris tui non discoperies: ubi per ly turpitudinem matris tuæ importatur primus gradus consanguinitatis in lineæ recta, & per ly uxoris patris tui importatur primus gradus affinitatis etiam in lineæ recta, cum talis sit gradus privigni respectu novercæ, uti supponitur ista, adeo-

BIBLIOTECA CENTRAL  
M.A.R.L.

adeoque cum ex scriptura, & ex sacris canonibus eodem modo prohibetur conjugium cum propria matre, & cum noverca, evidenter sequitur, quod sicuti de jure nature est prohibitum conjugium cum propria matre, ita eodem jure nature est prohibitum etiam cum noverca. Non valet, inquam, quia canones, qui loquuntur de equalitate consanguinitatis, & affinitatis, non declarant, ut legenti patet, quae sint de jure nature, sed solum vetant jure ecclesiastico conjugia in illis gradibus lineae rectae, quoad affinitatem, in quibus jure nature vetantur conjugia lineae rectae, quoad consanguinitatem; adeoque Pontifex potest in illis dispensare, utpote de novo jure ecclesiastico juxta id, quod rescripsit Innoc. III. Praeposito, & Capitulo Cameracensi in cap. Proposuit 4. de concession. praebend. his verbis: Secundum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare. Ad illud Levit. 18. respondetur, quod simul ibi ponuntur gradus consanguinitatis & affinitatis propter quamdam, quam inter se habent, similitudinem, non tamen quia in illis gradibus eodem modo, sic eodem jure nature sit interdictum matrimonium, cum, ut num. 3. diximus, inter affines in primo gradu lineae rectae nulla reperitur superioritas, contra cujus reverentiam sit usus matrimonii, sicuti reperitur inter consanguineos in primo gradu lineae rectae; ipsa enim naturalis superioritas, ex qua oritur naturalis reverentia debita superiori, fundatur solum inter parentes, qui dant, & filios, qui accipiunt esse naturale per naturalem generationem, non autem inter novercam, quae nullum dat, & privignum, qui nullum ab ipsa naturale accipit esse per naturalem generationem. Scriptura enim loc. cit. num. 7. cum dicit: turpitudinem matris tuae non discoperies, subdit immediate: mater tua est, volens innuere, me iudice, strictam naturalem reverentiam debitam genitrici, a qua accipit esse naturale; cum autem ibi num. 8. dicit turpitudinem uxoris patris tui non discoperies, subdit solum: turpitudinem uxoris patris tui est, volens sic innuere, ni fallor, non tam strictam, & naturalem, sicuti propriae matri debetur reverentiam novercae, a qua non accipit esse naturale, sed reverentiam ei debitam esse solummodo, ne maculetur, & violetur thorax patris, cum quo facta est una caro; quod non irritat matrimonium de jure nature, sicuti de facto non irritat, ut diximus num. 5. 6. 7. cum uxore fratris, licet ipsa jam facta fuerit una caro cum fratre per matrimonium; unde sicuti non obstante quod inter fratrem, & sororem de jure nature irritum sit matrimonium, & uxor fratris facta sit una caro cum ipso, potest adhuc ipsa fratria ex dispensatione Pontificis jure de causa duci a leviro; ita non obstante, quod inter parentes, & filios de jure nature irritum sit matrimonium, & noverca facta sit una caro cum patre, poterit adhuc ipsa noverca ex dispensatione Pontificis jure de causa duci a Privigno.

18. *Alia vide verb. Debitum conjugale, & verb. Dispensatio Matrimonialis.*

19. *bon. Potestas dispensandi super nuptiis Affinitum inde dependet, utrum nuptiae inter ipsos Affines prohibitae sint de jure dumtaxat positivo, an item de jure naturali; nam nulla est potestas dispensandi in nuptiis prohibitis de jure naturali. In linea autem transversa prohibita esse inter affines nuptias de jure tantum positivo, concors fere sententia est. Magna autem quaestio est, utrum inter affines in linea recta prohibita nuptiae etiam sint de jure solummodo positivo, an de jure quoque naturali. Qui quaestiones de jure naturali decidebant ex jure Romano, antiquam scientiam juris naturalis colli cepissent, si ut plurimum tenebant, prohibitas etiam esse de jure naturali, argumento legis ultimas ff. de condit. sin. caus. At ex quo post Hug. Grotium scientia juris naturalis colli cepit, prohibita haec non juri naturali, sed juri positivo tributa est. Vide Puffendorf. de jure natur. & gen. lib. 6. cap. 4. & seq. duob. Quid autem sentiendum sit de opinione Grotii de jure belli & pacis lib. 2. cap. §. 13. qui prohibitionem hanc adscribit juri divino voluntario universali, consensu Coecorum ad d. §. 13. verb. Gradibus Affinitatis. AGGREGSOR. Vide verb. Homicida a n. 25. ad 28. & verb. Immunitas art. 2. n. 94. 95.*

AGNUS DEI.

SUMMARIUM.

1. *Agnus Dei unde sint dicti; & quando soleant a Papa solemniter benedici.*
  2. *Circa Agnos Dei Gregorius III. edidit constitutionem, in qua sub poena excommunicationis nemini reservata omnes cujuscumque gradus, & conditionis afficiente prohibet, ne similes Agni Dei inaurantur, aut alio colore pingantur, & nullo modo venales fiant.*
  3. *Non videtur tamen per hanc constitutionem prohibitum tales Agnos Dei thecis aureis, argenteis, sericis, crystallinis, aut vitreis in girum circumornare, aut coronare.*
  4. *Nec videtur prohibitum, si jam antea depicti sint, eos sic retinere, dummodo non retineantur ad vendendum.*
  5. *Nec tamen videtur prohibitum eos vendere ratione solius materiae, cere scilicet, ex qua conficiuntur, aut auri, & argenti, vel hujusmodi, quibus ornantur &c.*
  6. *Non est licitum cereos Agnos Dei liquefacere una cum alia cera, ut possint sic multiplicari Agni Dei, nisi ad hoc habeatur speciale privilegium.*
  7. *Agnos Dei tangere, seu conrectare, licet per se & absolute non videatur licere nisi Clericis in Sacris constitutis, usus tamen obtinuit, ut etiam Laicis, & faminis attingere liceat.*
  8. *Ad haec adducitur novissima dispositio.*
  9. *Agnorum Dei virtus asseritur, ad num. 11.*
  12. *Subnectuntur supplementa novissima Auditoris.*
- A**gnus Dei sic dicti, & nominati a figura Agni, quae super talli cera a Papa benedicta imprimitur, solent a Summo Pontifice pontificaliter induto variis sacris ceremoniis solemniter benedici primo anno, & septimo Pontificatus infra octavam Paschae. Circa istos Gregorius XIII. edidit constitutionem incipientem: Omni certis, in qua sub poena excommunicationis nemini reservatae omnes cujuscumque gradus, & conditionis afficiente prohibet, ne similes Agni Dei inaurantur, aut ullo colore pingantur, & nullo modo venales fiant. Unde per hanc constitutionem est expressè prohibitum ipsos Agnos Dei depingere, inficere minio, notare, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud superinducere, & ipsos venales proponere, aut tenere, ut vendantur simoniaco pretio, id est, ut vendantur ratione benedictionis, aut carius, quia benedicti sunt, est enim vera, & realis simonia pretio temporali aestimare sacram benedictionem. Non videtur tamen per hanc constitutionem prohibitum tales Agnos Dei thecis aureis, argenteis, sericis, crystallinis, aut vitreis in girum circumornare, aut coronare, uti de facto videmus in dies fieri a Religiosis, & probis secularibus, etiam magnatibus, ut potiori devotione custodiantur, Pontifex solum prohibet ea, quibus albedo, & munditia illorum veluti intrinsece inficitur, ut constat ex istis praecisis verbis suis: *Verum eos albos, & mundos Agnum illum purum, & innocentem representantes, qui occisus pretiosissimo sanguine suo nos redemit, deceter, ac reverenter a cultibus haberi, deferri, & custodiri praecipimus.* Nec videtur prohibitum, si jam antea depicti sint, eos sic retinere, dummodo non retineantur ad vendendum, Sanchez in Decalog. lib. 2. cap. 43. n. 28. Diana, Lezana, & alii. Nec pariter videtur prohibitum eos vendere ratione solius materiae, cere scilicet, ex qua conficiuntur, aut auri, & argenti, vel hujusmodi, quibus ornantur, & impensarum in eis conficiendis, & de uno loco ad alium portandis, uti de facto videmus quotidie sic vendi patenas, & calices licet consecratos, absque habe simoniae. Sic Sanchez de praecipis Decal. lib. 2. cap. 43. num. 29. Bonacina, Diana, Lezana, & alii.
- Non est licitum cereos Agnos Dei liquefacere una cum talia cera, ut possint sic multiplicari, nisi ad hoc habeatur speciale privilegium, quia, ut dicit Gobat. in exper. tract. 3. num. 332. illa liquefactio est profana nimis actio repugnans menti Pontificum sibi tam rigide, & constanter reservantium potestatem benedicens, sui sacrandi ceram; non est igitur eorum mens, ut per commixtionem data opera faciam profana vertatur in sacram. Et colligitur ex mente Pauli V. qui in constitut. 43. incip. Romanum, concedit Monachis Sanctae Mariae Fulviensis, ut ipsi soli, & non alii possint renovare Agnos Dei factos. Agnos Dei tangere, seu conrectare, licet per se absolute non videatur licere nisi Clericis in Sacris constitutis, ex quo ipsi Agni Dei non solum sint sacri, & benedicti, sed etiam oleo sacro, & chrismate consecrati, & ut etiam colligitur ex cap. Sacratum distr. 23. tamen ut recte advertunt Sanchez in Decalog. lib. 2. cap. 23. num. 27. Diana, & alii passim, nunc usus obtinuit, ut etiam laicis, & faminis liceat attingere: eo vel maxime si hoc fiat ex pietate, & devotione, vel ut imponantur in aliqua capsula, aut thecis aureis, & argenteis, vel hujusmodi, ligentur, & ornentur, ut decentius custodiantur.
- Ad haec juvat hic adducere sequentem novissimam dispositionem in Bullario Clementis XI. impressam.

EDICTUM.

Quo sacrarum reliquiarum, sacrarumque cerarum Agnus Dei nuncupatur, venerationi consultur.

Nicolò per la Misericordia Divina Arcivescovo de Capua, del Titolo de' SS. Silvestro, & Martino a' Monti della S. R. C. Preve Card. Caracciolo, della Santità di N. S. Provicario Generale ec.

**L**a Santità di nostro Signore volendo col suo Apostolico zelo provvedere, che alle Sacre Reliquie de' Santi, & Spirito Santo, come ancora alle Cere benedette, & consecrate col Sacro Crisma da' Sommi Pontefici, chiamate comunemente Agnus Dei, si conservi la dovuta riverenza, ed onore, e che si levino affatto tutti gli abusi, & inerendo alla disposizione de' sacri canoni, & del Concilio di Trento nella sess. 25. de Invocatione, & Veneratione, & Reliquiis Sanctorum, alle costituzioni appostoliche, ed alle Editti speciali altre volte emanati d' ordine de' Sommi Pontefici suoi Predecessori, particolarmente di S. Pio V. e della San. mem. di Clem. VIII. quelli confermando, & rispettivamente rinnovando, ed ampliando.

Parimente ordina, ed espressamente comanda, che nessuna persona ardisca, nè presuma dipingere, o miniare, o pur far dipingere, o miniare in oro o alcuna sorte di colore gli Agnus Dei benedetti, ne in tal modo venderli, o ritenerli per farne vendita, sotto pena di scomunica ipso facto imposta nella Bolla della San. mem. di Gregorio XIII. ed altre pene riservate a nostro arbitrio, volendo che da tutti si debbano decentemente tenere, & portare, & custodire bianchi, mondi come rappresentanti quell' innocentissimo, & Divino Agnello, di cui portano impressa l' immagine.

Perchè la San. mem. di Paolo V. nella sua Bolla, che comincia, Romanum licet Pontificem destinò solamente il RR. Monaci di San Bernardo, & di S. Pudenziana di Roma al Sacro Officio di fare Cetti Agnus Dei, & di rinnovare i rotti co le stampe, che si conservano nel Palazzo Apostolico; Quindi se alcuno ardisce di tenere, & far stampe false de' medesimi, o fabbricare Agnus Dei falsi, o in qualsivoglia modo formare la cera in forma d' Agnus Dei, incorrerà nella pena della galera per dieci anni rispetto agli Uomini, e della carcere per dieci anni, o frusta rispetto alle Donne.

Nella qual pena incorrerà ancora chiunque distribuirà scientemente detti Agnus Dei falsi, come se fossero veri, o benedetti, o scientemente sparcierà reliquie false, o commetterà fuor sacro privilegio di Sacre Reliquie, & di Agnus Dei benedetti, o muterà ed altererà maliziosamente il nome, o il numero del Sommo Pontefice impresso in ciascheduno Agnus Dei benedetto.

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. I.

Similmente la Santità Sua in materia tanto sacra e religiosa, rinnovando le pene imposte de' sacri canoni contro li simoniaci, oltre le pene infrascritte, vuole, & comanda, che nessun orefice, coronaro, tortinore, artefice de' reliquarj, o di qualunque arte, o professione, rigattiere, o rivenditore, ovvero altra persona di qualsivoglia stato, grado, condizione ardisca pubblicamente, nè privatamente vendere, far vendere, o tenere per vendere in casa, bottega, o in mostra di detta bottega, o altrove, qualsivoglia sorte di sacre reliquie, o Agnus Dei, nè pure piccole parti di esse, ancorchè fossero congeguate, & commesse dentro croci, immagini, statue, urne, corone, reliquarj, o altri simili ornamenti di qualunque sorte, e molto meno esporle venali nelle strade, piazze, fiere, mercati, camere locande, portici delle chiese, o conventi, ed altri luoghi pubblici, nè anche con altre robe vendibili; Permettendosi solamente, di ritenere nelle loro case, & botteghe, o mostra di esse, o nei luoghi suddetti i semplici ornamenti, collo spazio, o circolo di essi vuoto senza reliquie, ed Agnus Dei ad effetto di vendere semplicemente i suddetti ornamenti.

Per pubblica comodità de' fedeli, & conservazione di dette cose sacre si permetterà con nostra licenza da concedersi gratis a quelli artefici de' reliquiarj, che saranno cogniti all' infrascritto custode delle sacre reliquie, & approvati da noi, o da Monsignor Vicegerente, collocare in ornamenti decenti quelle reliquie, che verranno dispensate parimente gratis dalla nostra custodia, o da Monsignor Sacrista del Palazzo Apostolico, & vendere il puro valore di detti ornamenti, come di sopra; Come anche accomodare quelle reliquie, ed Agnus Dei, che saranno portati da particolari per loro uso, & ritenerli in bottega, sin tanto che saranno accomodati, & restituiti a' medesimi Padroni, senza poterli giammai tenere in mostra, nè guarriti, nè sguarriti, come si è ordinato.

Ed affinché non possa dubitarsi dell' identità, & verità delle sacre reliquie, la cui cognizione, ed approvazione deve assolutamente farsi dal Vescovo del luogo, secondo la forma del detto Concilio Tridentino, parimente d' ordine espresso della Santità sua, si proibisce a qualunque persona di qualsivoglia stato, grado e condizione di far fede alcuna, Instrumento, & Scrittura pubblica, o privata di estrazione, donazione, consegna, traslazione, o altro contratto in questa materia di Reliquie senza nostra licenza in scritto fuori, & tergo dell' Autentiche, possa scriversi la donazione della stessa Reliquia autentica, nè li Stampatori di stamparle, ma debbano riconoscersi, ed autenticarsi da Noi, o da Monsignor Vicegerente nostro, & rogarsene gratis il detto custode delle sacre reliquie, o li Notari del nostro tribunale, altrimenti oltre le pene infrascritte lo reliquie dispensate in altra forma non s'averanno per autentiche.

Siccome per il medesimo fine, & sotto l' istesse pene si proibisce ad ogni artefice, & qualsivoglia persona, ancorchè ecclesiastica, di aprire senza la nostra licenza, o senza la presenza di Monsignor Vicegerente, o dell' infrascritto Custode le scatole di reliquie sigillate col nostro sigillo, o di Monsignor Sacrista, & li reliquiarj autentici di chiese, anche a fine di accomodarle nelli medesimi, o altri reliquiarj, nè servirsi di dette Scatole per uso pro' ani, & similmente ad altri Rettori, o Ministri delle Chiese di concedere veruna reliquia delle medesime, o parte di esse, senza legitima facoltà, nè di esporre qualsivoglia reliquia alla pubblica venerazione senza la nostra autentica, o ricognizione, ed approvazione.

Finalmente, per l' esatta osservanza del presente editto, la Santità Sua comanda, che sia inviolabilmente eseguito da tutti di qualsivoglia stato, grado, condizione, & sesso, ancorchè ecclesiastici, secolari, o regolati, ovvero degni di special menzione, sotto la pena di scudi ducento d' oro, da applicarsi ad usi pii, e la quarta parte all' Accusatore, quale sarà tenuto segreto, & della carcerazione, & dell' esilio, ed anco della galera, secondo la qualità delle transgressioni, & delle persone, ed alli regolari sotto pena della privazione di voce arbitria, & passiva, ed altre pene corporali a nostro arbitrio.

BIBLIOTECA CENTRALI U. A. N. I.

oltre la perdita delle reliquie, *Agnus Dei*, e loro ornamenti. E si procederà ancora per inquisizione, o in altro modo più proficuo alla Corte, in ciascuno de' capi suddetti; E pubblicato, ed affisso ne' luoghi soliti, dopo tre giorni comprenderà tutti, come se fosse a ciascuno personalmente intimato. Dato in Roma dalla nostra Santa Residenza questo dì 14. Ottobre 1716.  
N. Card. Caracciolo Pro-Vicario.

M. A. Canonico Boldetti Custode delle sacre reliquie

N. A. Canonico Cuggio Secret.

Die mense, & anno, quibus supra, supradictum edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiae Innocentianae, & in Aede Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Rota tribunalis Eminentissimi Vicarii Cursorem Decanum.

Agnorum Dei virtutem non parvam esse pro beneficio, & utilitate fidelium testatur Durandus in *rationali divin. offic. lib. 6. cap. 79.* ubi dicit vim habere contra fulgura, fulmina, grandinem, incendia, & tempestates, ventos, vel imbres. Martinus Delrius addit habere virtutem magnam contra Demoneum, à cuius potestate plures viri talium Agnorum Dei fuerunt liberati, & præcipue Nobilis vir in Austria 1591. & femina obsessa in Bavaria, & etiam alia consimilis eodem tempore, ut testatur ipse *lib. 6. cap. 2. sect. 3. quest. 3. disquisition. varior.* Multa de eorum effectibus scripsit Vicentius Bonardus, & Petrus Matthæus in 7. *Decretal.* dicit, quod cum consecratur à Pontifice, postulat à Deo, ut eos devotè gestantibus tribuat, quæ breviter sequentibus versibus complexus est Pater Frusius, ut adducit Delrius loco citato.

Postulat in primis sacrati aspectus ut Agni  
Agnum ad caelestem concita corda levet,  
Utque saluifera memoret vitæque, necisque,  
Criminis, & vitii noxia vincula terant.  
Hostis ut insidias stygii, ac certamina vincant,  
Decipulas mundi, carnis & illecebras.  
Corporeos nobis morbos, casusque repelli  
Præsertim horriferos, mortificosque peti.

11 Alios etiam versus virtutem, & efficaciam Agnorum Dei experientes adducit Quaranta *verb.* Agnus Dei, & dicit ab Urbano V. fuisse missos ad Græcorum Imperatorem cum tribus Agnis, & sunt sequentes:

Balsamus, & munda cera cum chrismatis unda  
Confiunt agnum, quod munus do tibi magnum,  
Fonte velut natum per mystica sanctificatum.  
Fulgura desursum depellit, & omne malignum.  
Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit.  
Pregnans servatur, simul & partus liberatur.  
Munera feri dignis, virtutem destruit ignis.  
Portatus munde de fluctibus eripit unda.  
Morte repentina servat, satanaeque ruina  
Si quis honorat eum, retinet super hoste trophæum.  
Parsque minor tantum, tota valet integra quantum.  
Agnus Dei miserere mei,  
Qui crimina tollis, miserere nobis.

12 De Ritu & usu Cerearum Formarum, quæ benedici, & consecrari solent à Romano Pontifice, formula impressa de mandato SS. D. N. Benedicte Pp. XIV. anno 1752.

\*\*\* **P**ERVETUSTUS in ecclesia romana ritus est ille, quo Summi Pontifices benedicere, & consecrare solent Cereas Formas, quæ *Agnus Dei* vulgò appellantur. In ordine romano, qui eruditum iudicio antiquior est seculo octavo, innotuit præfatus ritus. In caeremoniali verò ejusdem romanæ ecclesie designantur materia, forma, & preces in hujusmodi consecratione adhibendæ, quæ sacras continent, mysticasque significationes.

Confiuntur hi *Agnus Dei* ex cera alba, pura, vir-

ginea, quo humana denotatur natura à Christo, virtute divina, sine ulla mixtione, aut contagione culpæ, in purissimo Maris Virginis utero assumpta. Agni imago in illis imprimitur, Agni illius immaculati symbolum, qui pro humana reparatione in Ara Crucis immolatus est. Adhibetur aqua benedicta, quo nimirum elemento, cum in veteri, tum in novo Fœdere, præclara sacramenta, & prodigia à Deo effecta sunt. Miscetur in ea balsamum, quo bonus Christi odor significetur, quem in omni actu, & conversione redolere debent Christi fideles. Superinfunditur chrisma, quo res altæ divino cultui specialiter addictæ veluti templa, altaria, sacerdotes, præparari solent, ac consecrari, atque in eo præstantissima virtutum omnia charitas figuratur.

In Aqua igitur prius benedicta, ac balsamo, & chrismate mixta, cerei illi *Agnus Dei* immerguntur, & Summus Pontifex, tam ante, quam post merionem sanctissimis precibus Deum exorat, ut eas formas benedicere, sanctificare, & consecrari dignetur, iisque tantam imperitiam virtutem, ut quicumque recta fide, ac vera pietate iisdem usus fuerit, hæc bona, ac beneficia consequatur.

I. Ut aspectu, vel contactu Agni in cereis illis formis impressi excitentur Fideles ad memoranda sub eo symbolo redemptionis nostræ mysteria, conceptisque grati animi sensibus divinam in nos bonitatem benedicent, venerentur ac diligant, fidentes fore, ut per eam, peccatorum veniam obtineant, & maculas omnes abstergant.

II. Ut ad vivificæ Crucis signum in iisdem cereis impressum maligni spiritus contremiscant, & fugiant, facessant grandines, subsidant venti, dissipentur tonitrua, abigantur turbine, fulgura, & tempestates.

III. Ut Divinæ benedictionis virtute, non prævaleant diabolicæ fraudes, insidiae, & tentationes.

IV. Ut Parturientes cum fetu incolumes serventur, eumque feliciter in lucem emittant.

V. Ut iisdem devotè utenti nulla dominetur adversitas, nulla noceat pestilentia, aerisque corruptio, nullus comitialis morbus eum corripiat, nulla maris tempestas, nullum incendium, nulla inundatio, nulla adversus eum prævaleat malignitas.

VI. Ut in prosperis, adversisque casibus divina protectione muniatur, ab humanis, vel diabolicis insidiis, à subitanea, & improvisa morte, à cunctis denique malis, & periculis liberetur, per vitæ, ac passionis Jesu Christi mysteria.

Mitabiles hujus Sacri virtutes explicatæ jam olim fuerunt, atque his versibus comprehensæ.

Pellitur hoc signo tentatio demonis atqi,  
Et pietas animo surgit, abisque tepor.  
Hoc aconita fugat, subitæque pericula mortis.  
Hoc & ab insidiis vindicæ tutus eris.  
Fulgura ne feriant, ne sæva tonitrua ledant,  
Ne mala tempestas obruat, istud habe.  
Undarum discrimen idem propulsat, & ignis,  
Ullaque ne noceat vis inimica valet.  
Hoc facilem partum tribuente, puerpera factum  
Incolumem mundo proferet, atque Deo.  
Unde, rogas, uni tam magna potentia signo?  
Ex Agni meritis, haud aliunde fluit.

Quæ quidem beneficia, & gratiarum dona à bonorum omnium largitore Deo fidelibus tribui, ac concepi, virtute hæc sacris cereis communicata per benedictionem, & ac precationes in primis, quas Christi Vicarius Romanus Pontifex universæ ecclesie nomine in eorum consecratione fundere solet, res est firmiter omnino credenda, ac variis, eximisque miraculis sæpissime confirmata. Quod si optatus non semper obtineatur effectus, id non defectui virtutis rei sacræ, sed vel infirmæ, exiguæque utentium fidei, ac devotioni, vel alteri occultæ causæ Deo competere, ac probate tribuendum est.

Sic ad literam habetur in Appendice V. ad tomum tertium Bullarii Benedicte XIV. \*\*\*

AC-

## ALCHIMIA, ALCHIMISTÆ.

### SUMMARIUM.

- 1 *ALCHIMIA ad faciendum aurum vel argentum lauri gratia pro commerciis, aut moneta, est expresse prohibita.*
- 2 *Quibus panis contra eam operantes procedatur, & ad quid teneantur, ad num. 7.*
- 3 *An absolute sit ars alchimiam faciendi, proponitur, ad num. 14.*
- 4 *Convenit legem expediti, sub pena capitis coercerent omnes simili exercitio incumbentes, ad numer. 16.*
- 5 *Novæ additiones inseruntur ex aliena manu, ad numer. 19.*

**A**LCHIMIA ad faciendum aurum, vel argentum turpis lucri gratia pro commerciis concita, est expresse prohibita, cap. Spondent, *extravagant. comm. Joann. XXII. lib. 5. de crimine falsi.* Et ratio est, quia aurum, vel argentum chemicum non habet veri auri, & argenti naturalis perfectionem, neque virtutes & proprietates omnes, adeoque nequit confici, & uti pro commerciis contractuum, cum sic esset manifesta iniustitia, & damnum tertii; neque ut in medicamentis quis eo utatur, cum veri auri vires salutaris non habeat, quin potius nocivas qualitates ab igne carbonario, & venenato hydrargyrio contrahat; Neque ut quis eo utatur pro mixtione monetarum, cum sic monetæ adulterare redundaret in nimium aliorum præjudicium, & foret unum caput criminis monetarii, juxta aliam constitutionem ejusdem Pontificis, in *capit. Prodiens, extrac. Singular. tit. de crimine falsi.*

Et contrafacientes mortaliter peccarent, cum notabiliter læderent proximum. Sic tenet Sanctus Thomas 2. 2. q. 77. art. 2. ad 1. Albert. Brun. in *tract. de Monet. augment. præsuppos. 1. num. 13.* Sylvester, *verb. Alchim. Farinac. q. 115. de crim. las. Majest. Pignatell. tom. 9. cons. 2. num. 75.* Martinus Delrius *lib. 1. cap. 5. q. 4.* Paulus Comit. *lib. 3. q. 33.* Joan. Crot. Anaclet. & alii.

Alchimistæ, & alchimiam fieri curantes, aut mandantes sunt infames; & si aurum, vel argentum chemicum vendant, vel dent in solutum, aut expendant, tenentur tantumdem de verò, & bono auro pauperibus erogare; vel si ipsi, ut ordinariè contingit, pauperes sint, poenam aliam in corpore, arbitrio Judicis, subire tenentur. Et si fuerint Clerici, privandi sunt beneficiis, & ad alia obtinenda redduntur inhabiles. Habetur expresse in constitutione Joannis XXII. *cap. Spondent, extravag. comm. lib. 5. de crimine falsi.* quæ ut ab omnibus rectè percipiatur, hic per extensum adducitur.

Spondent, quas non exhibent, divitias pauperes alchimistæ: pariter qui se sapientes existimant, in foveam incidunt, quem fecerunt. Nam haud dubie hujus artis alchimistæ alterutrum se professores ludificant, cum suæ ignorantie consilium eos, qui supra ipsos aliquid hujusmodi dixerint, admittunt, quibus cum veritas quaerita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt, iidemque verbis dissimulant falsitatem, ut tandem, quod non est in rerum natura, esse verum aurum, vel argentum somphistica transmutatione confingant; eoque interdum eorum meritis damnata, & damnanda progreditur, ut

fictis metallis cudant publicè monetæ characteres fidei voculis, & non aliàs alchimidicum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. Hæc itaque perpetuis volens exulare temporibus, hæc edificati constitutione sancimus, ut quicumque hujusmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri securo facto mandaverint, vel ad hoc scienter, vdem id fieret, facientibus ministraverint, aut scienter, vel auro, vel argento usi fuerint, vendendo, vel dando in solutum: verum tanti ponderis aurum, vel argentum poenæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogandum, quanti alchimidicum existet, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitime constiterit deliquisse, facientibus nihilominus aurum, vel argentum alchimidicum; aut ipso (ut præmittitur) scienter utentibus perpetuè infamie nota respersis. Quod si ad præfatum poenam pecuniariam exsolvendam relinquunt ipsorum facultates non sufficient, poterit discreti moderatio Judicis poenam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram juxta qualitatem negotii, personarum differentiam, aliasque attendendo circumstantias) commutare. Illos verò, qui in tantæ ignorantiam infelicitatis propperint, ut nedum nummos vendant, sed naturalia juris præcepta contemnunt, artis excedant metas, legumque violent interdita, scienter videlicet adulterinam, ex auro, & argento alchimidico cudendo, seu fundendo, cudi, seu fundi faciendo monetam, hæc animadversione percilli jubemus, ut ipsorum bona deferantur carceri, ipsique perpetuò sint infames: Et si Clerici fuerint delinquentes, ipsi ultra prædictas poenas, preventur beneficiis habitis, & prorsus reddantur inhabiles ad alia habenda.

Ex hac constitutione deducitur, quod etiam utentes scienter tali monetæ, aut auro, vel argento alchimidico in damnum tertii, teneantur tantum de verò, & bono auro pauperibus erogare, si facta debita diligentia, damnicati remaneant adhuc ignoti. Si verò ipsis damnificatis, vel eorum hæredibus restitui potest, delinquens tenetur restituere eisdem per ea, quæ habentur in *cap. Cum te, de usur. ibique DD. & à Lessio lib. 1. cap. 14. n. 49.* Molina, *tom. 2. disp. 746.* & ab aliis passim. Et licet hæc poenæ erogationis tantumdem auri, & argenti in pauperes, vel restitutionis propriis personis damnificatis, ser eorum hæredibus, videatur indigere ministerio Judicis jure naturali, in quantum sit sequutum damnum tertii, cui absque alia sententia esse faciendæ restitutum, quamprimum fieri potest, ut habet Pignatell. *tom. 9. cons. 2. n. 27.* & alii.

Per hæc extravagantem Joannis XXII. supra allatam tenent multi DD. non dampnari absolute artem chemicam faciendi aurum, vel argentum, nisi quando vel fieret ope demonis, vel quando non valeret effecti verum aurum, & argentum; cum autem hæc ars faciendi verum aurum, & argentum, dicunt ipsi, sit possibilis, & vera in se, licet in hoc, vel in illo particulari non semper verificetur defectu petitiæ, sequitur non esse prohibitam, neque puniendam: Sic Pichus in *tract. de auro, Oldrad. cons. 74.* Tabiena, & Sylvester, *verb. Alchimia, Fab. de monet. tract. de emptio. Abbas, in cap. 2. de sortileg. & alii cum Hier. Zanet. qui in tract. de for. cons. num. 131.* dicit hæc sententiam esse communem.

Multi verò alii, & plures media via incidentes tenent per hæc extravagantem non quidem absolute dampnari, & puniri artem chemicam in se, sed dampnari, quando qui prætentid facere verum aurum, vel argentum, & illud pro verò expendere, cum hoc sit contra justitiam, est quo

Alchimistæ, sive alchimiam facientes poena Regis arbitrio afficiuntur, nulla divitiarum, seu paupertatis habita consideratione (1); æquiparantur equidem monetam diminuentibus; ideo eadem poena puniuntur: diversis verò eam hæc in regnis introductibus (2).

(1) *L. 9. tit. 7. part. 7.* Otrósí decimos, que aquellos que cercenaten los dineros que el Rey manda correr por su tierra, que deben haber pena por ende, qual el Rey entienda que merecen. Eso mismo debe ser guardado en los que tingeren moneda que tenga mucho cobre, porque pareciese buena, ó que ficsen alquimia, engañando los omes en facerlos creer lo que no puede ser segun natura.

FERRAR. BIBLIOT. TOM. I.

(2) *L. 59. tit. 18. lib. 6.* Prohibimos y mandamos, que no se puedan meter en estos reynos de fuera delllos vidrios, y muñecas, y cuchillos, ni otras bugerías semejantes, ni cosa de alquimia: so pena de haber perdido lo que asi merieren en estos reynos, y vendieren en ellos, con otro tanto de su valor: Vide *verb.* Falsum, num. 70. & seq.

L 2

BIBLIOTECA CENTRAL  
U. A. R. L.

aurum alchymicum non habet intrinsicam perfectionem, & virtutem, & valorem veri auri naturalis, adeoque nequeat quis eo uti in commerciis, nec cum ipsis liceat solvere debita, quod vergeret in nimium damnum tertii. Sic Divus Thomas 2. 2. *quest. 77. art. 2. ad 1.* Albert. Brun. in *tract. de monet. augm. presupp. 1. num. 13.* Farinae *quest. 115. de crim. las. majest. Sylvester. verb. Alchimia, Joann. Crot. in tract. de rest. rub. in caus. civil. quis possit esse testis n. 179. Pignatell. tom. 9. cons. 2. n. 75. & alii.*

10 Alii tandem tenent absolute esse damnatam, & reprobam artem alchymiae faciendi aurum, vel argentum. Sic Sanchez in *decalog. lib. 2. cap. 49. num. 51.* Summa Angelica, Valentia, & Margarita Decreti Gratiani edita per Patrem Martinum, Ordinis Praedicatorum, Domini Papae tunc Poneniatum, & Cappell. ubi *verb.* Alchimia habetur expressè: "Alchimia videtur esse ars reprobata, quia qui credit unam speciem posse transferri in aliam, vel similem, nisi ab ipso Creatore, infidelis est, & pagano deterior." *& cit. caus. 26. q. 5. cap. Episcopi, circa finem, in qua causa habentur ad litteram ista verba: "Quisquis ergo credit posse aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel in aliam similitudinem, nisi ab ipso Creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior."*

11 Et ratio est, quia ars alchymiae est exposita multis fraudationum periculis, & saepe demon se illi operationi ingerit, ut pluribus exemplis competum est, & praecipue de prestigiatore quodam Diabolico, qui postquam per artem chymicam fingendo facere verum aurum, plures deceperat, ab Anastasio Imperatore detectus in castello relegatus miserè perit, ut ex Cedreno refert Martinus Delrius, & de Marco Bragadino, qui cum suae artis chymicae prestigii multos verum aurum confectum fixisset, ita ut à nonnullis Rex auri Venetis appellaretur, tandem à Duce Bavariae, ad quem confugerat, de suis prestigiiis convictus, & morti adjudicatus, cum ad patibulum duccretur, confessus est nunquam se in vita factum fuisse aurum, nec se credere illius faciendi ullam inter homines artem extare. Sic refert Paulus Comitulus *lib. 3. q. 33. respons. moral. num. 5. sic concludens: Aurea furca digna confessio.*

12 Ex his omnibus concludendum est, quod quamvis ars chymica physice defendi possit, maxime in magnis, & divitiis Principibus, in quibus, ex quo agant cum consilio sapientium, cessant pericula superstitionis, & damnificationis reipublicae; moraliter tamen improbat, & maxime in non nimis divitiis, & privatis omnibus, in quibus haec ars est plena periculi, cum isti soleant ipsam exercere solummodo turpis lucri gratia, & auro illo uti intendant ad commercia, medicinas, & monetarum mixtionem; & dato etiam, quod ipsi ad ista non essent eo usuri, periculum evidens est, ne utantur haereditate, quod ut dictum est *num. 1.* est omnino illicitum. Ultraquamquod isti hac arte depauperantur, familia necessaria subtrahunt, quorum defectu ad non paucas superstitiones, & praestigia recurrit, cum semper hac arte decipiantur ipsi, & alios decipiant, spondendo, ut dicit Pontifex, quas non exhibent divitias pauperes alchymistae, redditi de die in diem miserabiliores, & cum magno etiam aliorum praedjudicio ad extremam usque redacti miseriam; quare eos, ut fallaces, mendaces, & vanitates amatores, ac reipublicae noxios sub gravissimis poenis damnavit Joann. XXII. in *ci. cap. Spondens.* Sic tenent Turreblanca *de jure spirit. lib. 1. cap. 4. num. 47. cum sequenti.* Barbosa *tom. 6. additamentum ad collect. Doct. fol. 142.* Franciscus de Pavinis in *Aporilla ad extravagant. Joan. XXII. num. 12.* Martinus Delrius *leg. 1. cap. 5. num. 4. §. Denique, Paulus Comitulus lib. 3. quest. 33. Schnorrenberg, Anacler. D. Thomas, Sylvester, Farinae, Joann. Crot. Pignatell. cum aliis cit. pro secunda sententia; & à fortiori Sanchez, Summa Angelica, & alii citat. pro tertia sententia, & omnes tenentes non posse ab alchymistis fieri verum aurum, ut Avicena relata, ab Egid. Com. *quodlibet. 3. quest. 8. meteorologie lib. I. Ipe Egidius, ibi; Averroes in paraphrasi in 2. lib. de generation. animal. Conciliator different. 209. Cardenas lib. 10. de varietate rerum,**

*cap. 51. Tostatus, Palat. Chassan. Penna, Binsfel. & alii citati à Turreblanca, loco superius citato.* Unde ex his omnibus patet, dicit Martinus Delrius *lib. 1. cap. 5. q. 4. fol. 69. verb. Quarto, optimam esse (quam ajunt Anglia) legem, ne cui siade permissu Principis sub poena capitis liceat alchymiam exercere; quam legem expedit etiam alibi ferri.*

Alia ad rem, vide *verb. Falsum, Falsarius, n. 36. 16*  
 Alchimia, seu chimia est *Ars sacra, seu flatoria auri consociendi* *ut rign. zedica*, ut legitur in lexico hujus artis. *Kenia* à veteri scriptore, Joanne Antiocheno apud Suidam, *Alchimia* ab infimis graecis Scriptoribus appellatur. *Car chimia* haec ars dicitur, non adhuc liquet. *Vide P. Lambecum lib. 6. Biblioth. Caesar. pag. 174. Georg. Syncellum pag. 14. & Menagium in verb. Alchimia, De ortu & progressu hujus artis, consule Olai Borrichii dissertationem, de ortu, & progressu chimiae.*

Saniores omnes putant hanc transmutationem fictitiam esse; alii totis lacertis pugnant pro veritate hujus transmutationis: rationes utraque partis late referunt *Perthes de magia, lib. 1. cap. 12. Valentia 2. 2. disp. 6. num. 13. punct. 2. diffus. ult. & latius Martinus del Rio, lib. 1. disp. mag. cap. 5. quest. 1. sect. 2. & 3.*

Qui de vanissima alchimiae arte plura cupit, adeat 19 Wilhelmum Anissonum in *philosophia pirotechnica, christianum Adulphum, Balduinum in Auro hermet. Becherum in physic. subter. & in supplement. secund. in physic. subter. seu de transm. metal. in aur. Blawensteinium in interpellat. pro lapide philosoph. claudura Kircherum, Carantam de natura auri artefacti, Claverum de virtutibus universalibus, Borellum in Biblioth. Chymic. Rogerium Baconem, Miroir d'Alchimie, Barlet le vray & methodique cours de la Physique resoluive vulgarement dit Chymic. Et qui contra chymicos scripserunt Major. exam. furorum pseudo chymicorum detecti. La Sterza degli Alchimisti, Uden. norrenia chymic. Eras. in *Dialog. de alchym.**

(Vide circa hanc materiam: qui cum sit privativa noxiam eudendi potestas: an qui eam dicit, tondit, radit, aut rescindit, fiat alevus: an servus, aut filius: familias de mandato domini, aut patris exercitio hujusmodi se immiscens cum ceteris ad idem perhibentibus, à poena excusetur: Regis esse talem potestatem, ad 1. responderetur: ad 2. affirmative: ad 3. denique negative, *leg. 7. tit. 12. 21. tit. 4. lib. 4. For. Reg. 68. in lege Styli 1. & 2. tit. 2. part. 7. 4. tit. 6. 23. tit. 19. lib. 8. Ord. Reg. 67. & 68. tit. 21. lib. 5. §. 6. tit. 17. lib. 8. Recop. Casteh. aliquod conductu lex 12. & 13. tit. 23. lib. 4. Indiar. neque erit extraneum animadvertere, omnes causas ex hac falsificatione dimanantes esse à iudicibus ordinariis efformandas & definiendas; *Reg. Scheda 26. Novemb. an. 1772.*)*

ALIENARE, ALIENATIO.

ARTICULUS I.

Quod ea, quae veniunt sub nomine alienationis bonorum ecclesiasticorum mobilium, & immobilium.

SUMMARIUM.

- 1 Alienatio bonorum ecclesiae sine justa causa, & debita solemnitate est prohibita triplici jure, scilicet divino, civili, & canonico.
- 2 Alienationis nomine venit omnis actus, quo dominium rei directum, vel utile, aut usufructus, seu jus in aliorum transferuntur.
- 3 Alienari prohibentur immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata.
- 4 Et quantum ad praesens veniunt etiam nomine immobilium servitus praediorum, jura piscandi, venandi & similia.
- 5 Sic etiam veniunt nomine immobilium census, & annui redditus.
- 6 Sic tandem nomine immobilium quantum ad praesens veniunt certa summa pecuniae specialiter deputata ad

emptionem immobilium, censuum, vel mobilium pretiosorum, vel ad edificandam ecclesiam, aut pro gravissimis ecclesiae necessitatibus.

- 7 Nominem mobilium pretiosorum, quae alienari non possunt, veniunt quae sunt de thesauro ecclesiae, vel quae propter pretium, artem, raritatem, & antiquitatem conferunt ecclesiae specialem splendorem, & similia excedentia valorem vigintiquinque aureorum.
- 8 Sic nomine mobilium pretiosorum veniunt insignes reliquiae Sanctorum, maxime si in ecclesiae muro sint clausae, vel ibi perpetuae sepulturae traditae.
- 9 Item nomine mobilium pretiosorum veniunt insignes reliquiae Sanctorum, maxime si in ecclesiae muro sint clausae, vel ibi perpetuae sepulturae traditae.
- 10 Item nomine mobilium pretiosorum inalienabilium veniunt arbores frugiferae, seu praedio necessariae, ut illis sublati praedium reddatur graviter deterius; unde beneficiatus incidere faciens tales arbores in bonis ecclesiae, & in propriis usus convertens, dicitur alienare, & censuras incurrit.
- 11 Non peccant tamen, nec incurunt censuras beneficiati incidere facientes arbores inutiles, & noctivas.
- 12 Auditori supplementa.
- 13 Novae additiones ex aliena manu, ad num. 17.

ALIENATIO bonorum ecclesiae sine justa causa, & debita solemnitate est prohibita triplici jure, scilicet jure divino: Levitic. cap. 25. & 27. jure civili, *leg. Jubemus 2. cod. de sacrosanctis ecclesiis, & jure canonico, capit. Apostolicos 13. cap. Sine exceptione 50. caus. 12. quest. 2. cap. fin. de rebus eccles. non alienand. Clemente I. eodem titulo extravagant. Ambrosiae, eodem titulo inter communes, & Trident. de reform. sess. 22. capit. 11. & sess. 25. cap. 11. §. Bona ecclesiae, seu ecclesiastica sunt quae pertinent ad ecclesiam, beneficia, monasteria, hospitalia, eremitoria, capellas, dummodo haec auctoritate Episcopali sint fundata: nam bona collegiorum, confratrum, aut ad communitatem secularium, neque sunt ecclesiastica, neque cadunt sub prohibitionibus, de quibus in hoc titulo. ¶*

Alienationis nomine venit omnis actus, quo dominium rei directum, vel utile, aut usufructus, seu jus in alterum transferuntur: id est, donatio, permutatio, venditio, emptio, cessio, concessio, hypotheca, emphyteusis; colligitur ex *cap. Nulli §. hoc titulo, ex cap. Apostolicos 12. q. 2. & expressè habetur in extravagant. Pauli II. incipiente: Ambrosiae, sub hoc titulo inter communes, praecis his verbis: "Omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transferuntur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, praeterquam in casibus à jure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & cum ecclesiasticum evidenti utilitate, ac de fructibus, & de bonis quae servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo vallura constitutione praesenti fieri prohibentur." *(Leg. 1. tit. 5. lib. 1. For. Reg. 1. tit. 14. part. 1. 3. tit. 2. lib. 1. Ord. Reg. 5. 6. & 7. tit. 2. lib. 1. Recop. Cast. ab hac doctrina parum discrepant. Vide etiam leg. 1. tit. 33. part. 7.)**

Alienari prohibentur immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata: *cit. extravagant. Ambrosiae*, sub initio; & nomine immobilium veniunt omnia, quae loco moveri non possunt, ut praedia, domus, agri, & similia: Et quantum ad praesens veniunt etiam nomine immobilium servitutes praediorum, ut jura piscandi, venandi, & similia, ut *leg. ult. §. fin. cod. de praescripti long. temp. ibi: "Eadem observando, etsi res non soli sint, sed incorporatae, quae in jure consistant, velut usufructus, & ceterae servitutes, & concordant Clem. I. de rebus ecclesiae non alienandis; his verbis: jura, redditus, aut possessiones ejusmodi non stent."*

Sic etiam veniunt nomine immobilium census, & annui redditus, ut expressè habetur in *Clement. Exivi, §. Cuique annui redditus, de verborum significatione, his praecis verbis: Cuique annui redditus inter immobilia*

consentitur à jure. Sic etiam nomine immobilium veniunt jura & actiones ad immobilia, colligitur ex *cap. 2. de rebus ecclesiae non alienand. in 6. ubi jura, & actiones ad immobilia equiparantur immobilibus; ibi: bona immobilia, aut jura ecclesiarum, & leg. Qui actionem, ff. de reg. jur. ibi: Qui actionem habet ad rem recuperandam ipsam rem habere videtur.*

Sic tandem nomine immobilium, quantum ad praesens, venit certa summa pecuniae specialiter deputata ad emptionem immobilium, censuum, vel mobilium pretiosorum, vel ad edificandam ecclesiam, aut pro gravissimis ecclesiae necessitatibus, maxime si cum superioris auctoritate, & Clericorum consensu ad id fuerit retenta, colligitur ex *leg. 3. Quid ergo, ff. de contraria, & util. actione tutel. ubi pecuniam ad praediorum comparationem depositam tutor alienare non potest. Sic tenent Engel lib. 3. tit. 13. n. 7. Anacler. Azorius, Quaranta, & plurimi alii cum Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 95. num. 41.*

Nomine mobilium pretiosorum, quae alienari non possunt, veniunt quae sunt de thesauro ecclesiae, vel quae propter pretium, artem, raritatem, & antiquitatem conferunt ecclesiae specialem splendorem, ut sunt vasa aurea, argentea, vestes pretiosae, gemmae, ornamenta pretiosa, copiosa bibliotheca librorum, & similia excedentia valorem vigintiquinque aureorum, prout declarasse Sacram Congreg. referunt Valdes, & alii apud Donatum *tom. 7. tract. 14. q. 48. Vide infra art. 3. num. 3. & 4.* Sic Engel de rebus eccles. non alienand. lib. 3. tit. 13. num. 5. Pithing. *codex tit. num. 12. Azorius, Anacler., & cum pluribus Barbosa de offic. & potestate Episc. part. 3. allegat. 95. num. 30.*

Sic etiam nomine mobilium pretiosorum veniunt insignes reliquiae Sanctorum, maxime si in ecclesiae muro sint clausae, vel ibi perpetuae sepulturae traditae, quia est pretio non æquantur, sunt tamen supra omne pretium; *Lezana cap. 10. num. 4. in princip. & verb. Alienare, num. 4. Riccius in praxi part. 1. decr. 63. Engel, Bonacina, & cum pluribus Barbosa sup. citat. Modica autem Reliquia jam facta alienabilis potest alienari sine Sedis Apostolicae facultate ex decreto Sac. Rit. Congr. in *Asiens. 8. Julii 1602. apud Barbosa de decr. apert. verb. Reliquiae Sanctorum.* Item nomine mobilium pretiosorum inalienabilium veniunt illa mobilia, ex quorum fructibus annui redditus solent percipi ab ecclesia, seu monasterio, ut greg. ovium, armentum bovum, praeseipium equorum; non autem eorum fructus, cum licitum sit vendere, & alienare arietes, hircos, hodos, vitulos, eosos, & hujusmodi. Sic Molina *tit. 1. de iustitia & jure disp. 465. num. 4. Filiucius Pithing. hoc tit. num. 12. Sannig. Bonacina, & alii cum Barbosa loco citat. (Pendè consonant leg. 2. §. 3. tit. 14. part. 1. in prima etiam asseritur, quod quavis possint alienari, non vero si à principe, ejusve uxore fuerint reseclesiis relictae. Quae autem mobiles aut immobilis dicantur, patet ex eadem: melius equidem ex leg. 4. tit. 29. part. 3. 1. tit. 17. part. 2. leg. 1. tit. 33. part. 7. Vide leg. 4. §. 5. tit. 6. lib. 3. For. Reg. leg. 12. tit. 8. lib. 1. Ord. Reg. cum q. tit. 2. lib. 1. Recop. Casteh.)**

Item nomine mobilium pretiosorum inalienabilium veniunt arbores frugiferae, seu praedio necessariae, ut illis sublati praedium reddatur graviter deterius. Unde beneficiatus incidere faciens tales arbores in bonis ecclesiae, & in propriis usus convertens, dicitur alienare, & censuras extravag. Pauli II. incip. Ambrosiae, & Tridentin. sess. 22. cap. 11. incurrit, ut decisum fuisse à Sac. Congreg. referunt Gallet. *Margarita casuum conscientiae, verb. Bona pag. 27. & Bonacina disp. 1. q. 18. punct. 4. num. 7. cum Barbosa, in Trident. rest. 22. cap. 11. de reform. Non peccant tamen, nec incurunt tales censuras beneficiati incidere facientes arbores inutiles, ac nocivas; v. gr. quando ob densitatem, & vicinitatem sunt impedimento aliarum augmento, vel quando loco earum reponuntur arbores frugiferae; haec enim, & similia sunt utilia fundo, & secundum regulas agriculturæ: Sic Lezana, *verb. Alienare num. 15. Quaranta in Summa Bull. verb. Alienat. num. 33. Peyrin, & alii passim. Vide infra art. 4. num. 15. ad 17.**